Göttingen UB. Fragm. Kasten I Fasz. VII 543

[...]me credidisti; beati qui non uiderunt et cre-
diderunt. Cum paulus dicat, est autem fides spe-
randarum substantia rerum argumentum non appa-
rentium. profecto liquet quia fides illarum rerum
argumentum est, quae apparere non possunt.
quae etenim apparent, iam fidem non habent.
sed agnitionem. Dum ergo uidit thomas. dum
palpauit. cur ei dicitur: quia uidisti me credi-
disti. Sed aliud uidit, aliud credidit. A mor-
tali quippe homine diuinitas uideri non
potuit. Hominem ergo uidit, et tamen deum
confessus est, dicens. dominus meus et deus meus.
Videndo ergo credidit, qui considerando uerum
hominem, hunc deum quem uidere non poterat.
exclamauit. Letificat ualde quod sequitur. Be-
ati qui non uiderunt et crediderunt. In qua nimi-
rum sententia nos specialiter signati sumus. qui
eum quem in carne non uidimus mente retinemus.
Nos signati sumus. sed si fidem nostram operibus sequimur.
Ille etenim uere credit, qui exercet operan-
do quod credit. Quo contra de his qui fidem nomi-
netenus retinent paulus dicit. Confitentur se
nosse deum. factis autem negant. hinc iacobus
ait. Fides sine operibus mortua est. Hinc ad

[...]deles presumunt. N[...] ore p[...]
eos cotidie deuorat, [...]
rixa probitati discordat. Hoc ergo fratres karissimi [...]
tentione praemunite. hoc apud uos s[...]
mente cogitate. Ecce paschalia solle[...]
agimus. sed ita uiuendum nobis est, ut peruen[...]
eterna festa mereamur. Transeunt cunc[...]
temporaliter festa celebrata. Curate qu[...]
sollempnitatibus interestis ne ab eter[...]
lempnitate separemini. Quid prodest int[...]
tis hominum. si deesse contingat festi[...]
lorum. Umbra uenturae sollempnitatis e[...]
nitas presens. Idcirco hanc annue agi[...]
ad illa quae non est annua, sed continua perd[...]
Cum haec statuto tempore geritur, ad i[...]
derium memoria nostra reficiatur. Frequ[...]
ergo gaudii temporalis ad eterna mens gau[...]
incalescat et ferueat, ut ex ueritate [...]
perfruatur in patria. quod de umbra gaudii m[...]
tatur in uia. Ista ergo uitam fratres moresque co[...]
nite. Is qui mitis resurrexit ex morte, q[...]
trictus in iudicio ueniat praeuidete. Certe i[...]
die tremendi examinis sui cum angeli[...]
changelis, cum thronis et dominationib[...]

Göttingen UB.
Fragm. Kasten I
Fasz. VII 543

beati Iob de antiquo hoste generis humani dominus dicit: Absorbebit fluvium et non mirabitur, et habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius. Quid enim per fluvium designatur, nisi humani generis fluxus? quod videlicet genus ab ortu ad finem defluit, et quasi aque more usque ad competentem terminum carnis liquore percurrit. Quid per Iordanem, nisi baptizatorum forma signatur? Quia enim in Iordane flumine ipse auctor redemptionis nostre baptizari dignatus est, recte Iordanis nomine eorum multitudo exprimitur, qui intra sacramentum baptismatis tenentur. Antiquus ergo hostis generis humani fluvium absorbuit, quia ab origine mundi usque ad redemptoris adventum vix paucis electis evadentibus inventos sue malitie genus humanum traxit. De quo recte dicitur: Absorbebit fluvium et non mirabitur, quia pro magno non habet, cum infideles rapit. Sed grave est valde quod subditur: Et habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius, quia per quosque infideles quosque a mundi origine rapuit, ad se posse suscipere etiam fi

[illegible]
principibus ac potestatibus apparebit, ac terris ardentibus cunctis videlicet ele[…] tis in suo obsequio tremore commo[…]tis. Hun[…] tanti pavoris iudicem ante oculos pon[…] hunc venturum timete, ut hec cum vene[…] non timidi sed securi videatis. Timendus e[…] timeatur. Terror eius nos adversum bonis op[…] nis exerceat, metus illi vitam nostram a p[…] tate compescat. Mihi fratres credite, q[…] tunc erimus securi de eius presentia, q[…] to nunc esse sategimus suspecti de culpa. C[…] si aliquis vestrum cum suo adv[…] sario cau[…] dicturus unico iudicio die crastino […] exhibendus, tota fortasse nocte ins[…] nem duceret, quid sibi dici posset, quid ob[…] tionibus responderet, secum sollicita et […] anxia mente versaret, ne mitem inven[…] aspectum vehementer metueret, ne apu[…] noxius appareret formidaret. Et […] autem quid ego? Humanum non longe […] rus post homines vermis atque […] pulvis. Si ergo tanta cura pertime[…] iudicium pulveris, qua intentione […]

Göttingen UB. Fragm. Kasten I Fasz. VIII 543

Göttingen UB.

Fragm. Karten I

Fasz. VII 543